



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 124. Franciscus II. Henrici II Patris sui Successor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI ipsis assignatas diplomata expedirent.
A.C. 1559. Denique Albretanam Toparchiam in Aquitania adjecta Parium Franciæ dignitate in Henrici Navarræ Regis favorem ad ducatum evehebat, atque Albamarlensem Comitatum in Normannia pro Claudio Lotharingio primo Guilli Duce, necnon pro Anna Franciæ Connestabili Montmorentianorum Baronum Satrapiam Ducatus titulo, ac jurisdictione augebat; hinc enim Connestabilem rursus ad aulam suam, a qua sub Francisco I. exularé jubebatur, revocatum singulari affectu honorabat.

§. CXXIV.

Franciscus II. Henrici II. Patris Successor.

*Spond. hoc
ann. n. 23.
Belcar.
comm. l. 28.
num. 32.* Successerat Henrico defuncto Franciscus II. natu major illius Filius, qui jam antea Mariæ Stuartæ matrimonio junctus Scotiæ Rex appellabatur. Hic Princeps erat imbecilli, ac infirma corporis valetudine laborans, ac tum non nisi decimum sextum ætatis suæ annum cum semestri expleverat; natus enim erat Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo tertio die vigesima Januarii, ac proin juxta Regni leges jamjam extra Tutorum potestatem positus Regni habenis per seipsum moderandis aptus erat: nihilominus cum ju-

II.
irent
m in
ancie
favo-
Alba-
annia
Guifii
Con-
onum
risdi-
stabi-
a sub
voca-

is su

ranci-
s, qui
nonio
Hic
a cor-
non-
num
enim
ente-
esima
leges
posi-
node-
m ju-
veni-

venilis adhucdum ætatis, atque adversæ **Sæcul XVI.**
valetudinis esset, & præsertim ingenii **A.C. 1559-**
sui acies arctissimis sane limitibus cir-
cumscripta, & non minus corpore quam
mente imbecillis existeret, hinc decre-
tum fuit, ut eidem Senatus ex ejus-
modi Viris, qui ejus nomine rerum
summæ præesse possent, compositus ad-
jungeretur: verum circa selectum Aula
in duas factiones scindebatur; quippe
tam Guifii, quam Montmorentii ferme
eadem potentia, & auctoritate sub priori
regimine valebant: quinimo vix mor-
tuco Henrico Rege adhuc tertia prodibat
factio, cuius caput erat Antonius Bor-
bonius, qui Joannæ Albretæ desponsa-
tus in Navarræ Regem salutabatur, ei-
que acceſſerat Ludovicus Condeus ejus-
dem frater, qui tamen ambo post Bor-
bonii Connestabilis rebellionem in Fran-
ciæ aula omni destituebantur auctori-
tate: quapropter præsenti rerum vicissi-
tudine uti decernebant, ut ad digni-
tates suo generi congruas rursus ascen-
dere valerent.

§. CXXV.

*Regni administratio a Regina Fran-
cisci II. Matre, & Guifis
vindicata.*

Equidem clandestinas artes, quibus
quælibet factio alteri prævalere sa-

P 4 tage-